ORIGENES
Saint-Amand, 1. Viertel 9. Jh. Seite 54r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36554
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



conuersis. Ñ adiniquitates patrum sed patrũ suorum
priorum. Duplices habemus patres & una species. ē. pessimorũ
patrum. siquidem antequam crederemus. Zabulus pater
noster fuit. ut sermo euangelicus ostendit dicens. Uos de
zabulo patre estis. cum autem credidimus facti sumus filii
dī. si ergo post haec peccauerimus. conuestimur adiniqui
tates. non simpliciter patrum sed patrum priorum;
Ad pbationem autem eius rei quia duplices habemus patres
utimur & dauid testimonio in quadragensimo quarto psalmo
ita dicentis. Audi filia & uide & inclina aurem tuam. &
obliuiscere populum tuum. & domum patris tui. Pater dicit obliuis
cere domum patris tui. quasi pater quippe coepit. audi filia
ergo duplices nr̄i patres s̄; Sed obliuiscere In quid domũ
patris tui prioris; Si igitur oblitus prius domus patris tui
prioris. rursum fueris ad peccata conuersus. Incidisti id qd
nunc dicitur peccatum. conuersis adiniquitates patrum
suorum priorum., Dicebam dudum zabulum patrem
nr̄m fuisse. quãquam ds̄ noster factus sit pater. Sitam̄
& iã nunc non habemus zabulum patrem. qd & iam de
iohannis epistola adpbabimus. In qua ita scribitur. Omnis
qui peccatum facit. ex zabulo nascitur. Quotiens pecca
mus infelix ille qui semper generatur a zabulo;
Rursumq: multum beatus qui ex dō semper nascitur. Neq:
enim semel dicam iustum ex dō natum. sed p singula iustitia sopera.
semper iustus nascitur ex dō. hoc autem ut plenius possit pbari.
& iam de saluatoris nr̄i cotidiana natiuitate dicamus. liquido.
id iniustis obtinentes qd in dn̄o praecesserit. saluator noster
splendor. ē. gloriae. Splendor autem non semel nascitur.
& deinceps desinit nascitur sed quotiens cumq: ostum fuerit
lumen ex quo splendor oriatur. totiens oritur & splendor